

per generationem ad filios transmitti; 3) criminis quasi quemdam *atavismi* casum præ se ferre, repetendo actus iis similes, quos olim primæ homines, sylvestrem omnisque civilis cultus expertem vitam degentes, patrabant; 3) quicumque scelerate agunt, amentes esse vel quodam mania genere percitos, etc., etc. a) Quasi experientia ipsa quotidiana et historia non demonstraret, optimis filios a sceleratis parentibus, et vicissim ab optimis parentibus filios improbos saepe genitos esse. b) Commentum vero illud atavismi absurdissime supponit criminis esse propria et nativa homini duntaxat civilis educatione non exculti, quasi cives ad apices socialis cultus eruditis nequeant gravissime peccare. c) Quamquam porro non desint amentes furiosi ad nocendum alii prornissimi, repugnat tamen communi sensui ac rationi existimare, quod scelerati omnes insanis laborent. Denique, quod alii addunt, ingenitum animo studium aliorum actus imitandi, egestatem, ignorantiam et alia id genus hominem incluctabili ad vitia pertrahere, pariter falso statutur; tum quia quavis haec quidem cause possint saepe occasio esse peccandi, non tamen cogunt ad peccandum; tum quia sunt multi, qui in his adjunctis constituti, honeste operantur; tum quia saepe alii nullis hujusmodi egent illecebros ad sceleris agendum. Quæ omnia certo indicio esse debent veram sese in virtutem sive in vitium flectendi causam tandem in libera humani animi potestate sitam esse. Verum haec minutatum persequi ad alias disciplinas potius spectat.

## ARTICULUS IV.

## Impugnatur directe determinismus.

Determinismus  
repugnat  
Fidei divinae

94. Novimus jam infirmissima ratiocinia, quibus deterministæ suum caducum ruinosissimumque exstruere contendent systema; restat, ut aperiamus, quantis illud undique prematur argumentorum molibus, ut vere stare nequeat in opinione ullius hominis, qui rem sincero animo cognoscere velit.

PROPOSITIO 1.<sup>us</sup> **Determinismus** tanta laborat absurditate ac pernicie, sive contra Fidem divinam, sive contra rationem, sive contra moralem ordinem, et sustineri nullatenus queat.

Probatur prima pars. **Determinismus est contra Fidem divinam**. Nam innumeris in locis SS. Litterarum docetur libertas, et negatur necessitas humanorum actuum, ut apud Ecclesiasticum: *Qui potuit transgredi, et non est transgressus, facere mala, et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illius in Dominio* (1).

Idem docent universi PP. Ecclesiae, ut jam superius in recensendis opinionibus notatum reliquimus, et videre est apud Bellarminum (2), Suarez (3), Petavium (4), Ripalda (5) cæterosque Theologos passim.

Dices, hanc esse S. Augustini sententiam: *Libero arbitrio male utens homo, et se perdidit et ipsum*, nempe liberum arbitrium (6).—Verum respondeo, S. Augustini mentem hic non esse, ut neget libertatem naturalem indifferentem, qua de loquimur, sed tantum libertatem gratiae, quam initio minimus, et quidem gratiae illius præclarissimorum donorum, quibus Adam ante peccatum fruebatur, ut ipsemet S. Doctor disertissime testatur: *Quis nostrum dicat, quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? Libertas quidem perit per peccatum, sed illa, qua in paradyso fuit, babendi plenam cum immortalitate justitiam. Propter quod natura humana divina indiget gratia, dicente Domino: Si vos Filius liberaveritis, tunc vere liberi eritis (Jo. 8, 36)*, utique liberi ad bene iuste vivendum. Nam liberum

(1) *Ecclesi. cap. 31, vers. 10, 11. Adde Genes. cap. 4, vers. 6 seqq.; Deuteron. cap. 30, vers. 11 seqq.; Iosue cap. 24, vers. 15; Eccli. cap. 15, vers. 12 seqq.; Matt. cap. 9, vers. 17; 1 Corinth. cap. 7, vers. 37; 2 Corinth. cap. 9, vers. 7; Philem. vers. 14, etc. Vide Bellarmin., de grat. et liber. arbitr. lib. 4, cap. 7; lib. 5, cap. 18-24.*

(2) *De grat. et lib. arbitr. lib. 3, cap. 5; lib. 4, cap. 9; lib. 5, cap. 25 et 26.*

(3) *De voluntar., et involuntar. disp. 1, sect. 2.*

(4) *De officio sex dierum, lib. 3 et 4.*

(5) *De ente supernat. tom. 3, cap. 14, 15.*

(6) *S. August. Enchirid. cap. 30.*

arbitrium usque adeo in peccatore non perire, ut per illud peccet (1).

Ecclesia demum infallibili suo iudicio s<sup>e</sup>pē declaravit, quid de hac re sentiret, 2) tum quia sententias humane libertatis contrarias semper in hæreticarum numero habuit, ut constat de placitis Priscillianistarum (2), Wicleffi (3) et aliorum (4), multoq<sup>ue</sup> luculentius Lutheri et Calvinii, quorum hisce verbis damnavit Concilium Tridentinum errores: *Si quis liberum hominis arbitrium post Ada peccatum amissum et extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, immo titulum sine re, figuramentum denique a satana inventum; anathema sit (5).* 3) *Tum quia Concilium Vaticanum docet hominem liberam præstare ipsi Deo obedientiam gratiæ ejus, cui resistere posset, consentiendo, et cooperando (6); et anathema ferit, si quis dixerit assensum fid<sup>e</sup>i christiana non esse liberum, sed argumentis humanae rationis necessario produci, etc. (7).* Atque hoc loco, ut cetera omittam, tacitus præterire non possum encyclicas litteras a Smo. Domino Nostro Leone XIII conscriptas de libertate humana, in quibus hoc præstantissimum nature bonum asseritur, et exponitur, ejusque abusus corripuntur, et ad rem nostram hec præclarissime scripta legere licet: *Jam vero sicut animi humani naturam simplicem, spiritualem atque immortalem, sic et libertatem nemo nec altius prædicat, nec constantius assertus Ecclesia catholica, quæ scilicet utrumque omni tempore docuit, siue tuerit ut dogma. Neque id solum: sed contradicentibus hereticis novarumq<sup>ue</sup> opinionum fautoribus, patrocinium libertatis Ecclesia suscepit, hominisq<sup>ue</sup> tam grande bonum ab inferius vindicavit. In quo genere litterarum monumenta testantur, insanos Manichavorum aliorumque conatus*

(1) S. August. *Contr. duas epist. Petag.* lib. 1, cap. 2, num. 5.

(2) Vide cap. 11 S. Turribii Asturicensis inter 16 probata a S. Leone in epistola 15.<sup>us</sup> ad predictum Sanctum, apud Denzinger, num. 108.

(3) Cujus propos. 27 in Concilio Constantiensis damnatam vide apud Denzinger, num. 503.

(4) Apud Bellarmin, *de grat. et lib. arbitr.* lib. 4, cap. 8.

(5) Concil. Trident. sess. 6, can. 5. Apud Denzinger, *Enchirid.* num. 667.

(6) Concil. Vatic., Const. de Fide catholica, cap. 2, de Fide, apud Denzinger, ibid. num. 1640.

(7) Ibid. can. 5, de Fide, apud Denzinger num. 1661.

quanta contentione repulerit; recentiore autem aetate nemo est nescius, quanto studio quantique vi tum in Concilio Tridentino, tum postea adversus Jansenii sectatores pro libero hominis arbitrio dimicaverit, nullo tempore nulloque loco fatalismum passa consistere.

Atque haec, qua forte multi adversarii contemnent, ideo notata volui, ut consuet catholicis omnibus, agi hic de re minime, ut ajunt, *adiaphora* vel indifferenti, sed certissime erronea et hæretica, quam nemini licet etiam in *Philosophia* ullis aliis humanis disciplinis tueri, vel probabilem reputare (1).

Probatur altera pars: *determinismus est contra rationem.* Hæc pars probanda esset ex argumentis, quibus ostenditur libertas; cum enim libertas et determinismus contradictione opponantur, quibus rationibus altera evincitur, iisdem manet alter exclusus. Itaque hujus demonstratio partis ex dicendis in sequenti articulo pendet. Unum tantum animadverteat licet: quamvis determinismus non necessario permisceatur cum aliis erroribus, tamen prout nostris diebus defenditur, ex aliis absurdissimis systematis infertur, ac nominatim ex positivismo, materialismo, pantheismo, evolutionismo ac transformismo.

Probatur tertia pars: *Iustum ordinem moralem everit, 1.<sup>us</sup>* et ordinem illa generali ratione. Fundamentum totius ordinis moralis est *moralis everit.* esse, ut essentiale discrimen inter bonum et malum morale, vel inter honestum et inhonestum. Atqui si omnes actiones humanæ sunt necessariae, nullum possibile est boni maiusque moralis discrimen. Ergo determinismus gravissima omnium pernicietur.

**Major** per se patet, **Minor** vero non minus innotescit 2) ex ipso communi hominum sensu; nemo quippe est vel ex

(1) Vide Concil. Vatican., Constit. de Fide catholica, cap. 4. et can. 2 et 3, isti capituli respondentibus, qui sic se habent: *Si quis dixerit, disciplinas humanas ea cum libertate tractandas esse, ut earum assertiones, eti doctrine revelata adversentur, tamquam veræ retineri, neque ab Ecclesia proscribi possint; anathema sit.* — *Si quis dixerit, fieri posse, ut dogmatibus ab Ecclesia propositis aliquando secundum progressum scientie sensus tribuendus sit aliis ab eo, quem intellexit, et intelligit Ecclesia; anathema sit.* Apud Denzinger, *Enchirid.* num. 1664, 1665. Cfr. Syllab. prob. 8.<sup>us</sup>, 10.<sup>us</sup>, 14.<sup>us</sup>.

relectatur  
ratione,

ipsis adversarii, qui si de malo morali patrato arguatur, non efficacissimum omnium, sive ad avertendam omnem labem criminis, sive ad excusandam extenuandamque, reputet hanc responsionem, se, aliunde coactum vel compulsionem, aliter facere non potuisse.  $\beta$ ) Quocumque te vertas, nunquam poteris reddere veram boni vel mali moralis, ut distincti a bono vel malo pure physico aut naturali rationem, nisi supposita libertate. Cur enim nulla rerum inanimatarum perfectio virtutis, nullus casus aut imperfectio habetur loco mali moralis? Dices causam eam esse, quod cognitione careant? Ac bruta animantis cognitione praedita sunt, et nihilominus nec virtutis nec vitiis possunt esse capacia. Dices malum morale requirere cognitionem rationalem, qua propter proprium illius subjectum esse intellectivam naturam? At in ipso homine sunt multa mala, quae quantumvis egregie cognoscantur secundum omnes circumstantias, nequaquam sunt, nec ab ullo sano moralia mala vocantur. Eadem ipsa mala, quae generatim ut criminosa judicantur, ab omnibus jure merito instar mali pure materialis habentur, ac prorsus excusantur, quotiescumque vitare non potuerunt. Sic omnes amentes insolentes sunt: et si quis te ineluctabiliter vi coegerit ad patrandum homicidium, certissime te purum omni sceleri et communis omnium vox, quodque magis est, propria conscientia denuntiabit.  $\gamma$ ) Quamobrem hanc Baji propositionem, ordine 67.<sup>am</sup>: *Homo peccat, etiam dannabiliter, in eo, quod necessario facil*, damnarunt Pontifices Romani (1); et hanc 3.<sup>am</sup> Cornelii Jansenii: *ad merendum et demerendum in statu natura lapsa non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione* (2).  $\delta$ ) Et sic nihil mirum, si determinismi sectatores aut ipsis brutis animantibus moralitatibus cuiusdam inchoationes fuerint largiti, ut Carolus Vogt (3) et Paulsen (4), speciemque aliquam criminis in ipsis brutis et plantis agnoverint (5), aut negarint intrinsecam

(1) Vide apud Denzinger, *Enchirid.* num. 947.

(2) Vide apud Denzinger, num. 968.

(3) *Leçons sur l'homme*, trad. Molinié, 2.<sup>e</sup> édit. pag. 300, 310.

(4) Apud el. Rossignoli, *Il determinismo nella sociologia positiva*, pag. 18. Siena, 1897.

(5) Ita v. g. Lombroso in suo *L'uomo delinquente*.

et essentiale cujuslibet actionis boni maleve differentiam, et consequenter eam ex externis duntaxat principiis alii aliter repetierint, quorum sententia in morali *Philosophia* certo absurdæ probantur. Quamquam enim hujusmodi sententias possint quoque profiteri libertatis assertores, at deterministæ logice non possunt non profiteri, quia semel negato principio libertatis, ad moralitatem necessario presupponendo, ad extremas incitas rediguntur, ut moralitatem, quam verbis negare non audent, aliqua saltem explicatione utcumque colorare valent: quorum placita, quia alterius sunt loci, præterire nunc debebo, ne infinitus evadam.

Prob. 2.<sup>a</sup> speciatim, quia stante determinismo ruit omnis vera ratio officii et imputabilitatis, ac proinde laudis vel vituperii, meriti vel demeriti, premii ac poenæ.

A) *El primo quidem perit ratio offici*. Nam officium vel obligatio ab omnibus omnino apprehenditur instar necessitatis cuiusdam moralis faciendi vel cavendi aliquid. Ergo necessitas hæc moralis vel identica prorsus est cum physica vel non. Si identica est,  $\alpha$ ) homo in omnibus etiam illis actionibus, quas necessario elicet, ut cum v. g. videt oculis objecta praesentia, vel intellectu assentitur primis principiis, vel alia quomodolibet necessitate physica compulsus operatur, dici poterit *officio teneri* ad ita operandum. Et e converso obligari vel officio constringi ad aliquid vitandum perinde foret, ac physice impotenter esse ad faciendum illud, quod quis cavere debet; nam ut ex ipso limine Philosophiae novimus (1), necessitas physica non faciendi aliquid valet idem ac impossibilitas.  $\beta$ ) Præterea etiam bruta, et generatim omnes cause naturales necessario agentes, officio adstrictæ vel obligatae dici possent ad agendum. Atqui hæc et ridicula sunt, et manifeste repugnant communi sensui, ac de medio tollunt omne officium et obligationem. Ergo... Si vero necessitas moralis, quam essentialiter importat officii ratio distincta sit, ut omnes generatim agnoscent, oportet distinctionem hanc declarare. Et admissa quidem libertate, ea egregie declaratur, per vinculum quoddam limitans usum vel exercitium potentiae physicæ operandi et non operandi, quæ vere

Admissa determinismo, perit ratio officii,

(1) Vide *Logican Minor*, num. 137, pag. 297.

adest; sed, negata libertate, nullus est possibilis modus distinctionem declarandi, nisi forte dicendo officium esse necessitatem propriam potentiarum rationalium. Atqui tamen potentiae rationales, si necessitate physica vere tenentur, quamvis in eo quod sint rationales distinguantur ab irrationalibus, non tamen reapse distinguuntur ab illis in necessitate: omnes enim æque determinate sunt ad unum. Ergo negata libertate, nulla distinctio nisi de solo nomine assignari potest inter moralem ac physicam necessitatem.

Atque ita Schopenhauer, suis constans principiis, negavit agendum sibi esse de officiis, de quibus sermo haberi nequit jam, cum societas adultana attigit ætatem, et lumine recentioris sapientiae apprime edoceta et illustrata est (1). Alii vero, quamvis officium et obligationem verbo admittant, nec rationem nec principium apte explicare possunt (2).

B) Secundo *peril omnis actionum imputabilitatis*. Nam imputabilitas (*responsabilidad*) ex eo præcise constituitur, quod quis auctor et dominus sit actionis. Atqui dominium actionis non importat solum physicam efficientiam illius, sed essentialicher vindicat liberam efficientiam, talem nempe, quæ potuerit etiam omitti. Unde nemo solet bruta animantia, nedum substantias inanimatas, dominos suorum actuum dicere, et ob eamdem rationem amentes et ii, qui furore vel æstu passionis abripiuntur, dicuntur non posse sibi ipsis dominari.

Hæc adeo sunt evidētia, ut vix possint ab ullo sano homine, quantumvis præjudicis cuiusvis generis imbuto, in dubium revocari; ad eas tamen imputabilitatis interpretationes compulerunt deterministas, quæ luce meridianæ clarius ostendant pugnare illorum sistema cum veritate. a) Etenim primo Stuart Mill et Italica schola *criminalis* non agnoscut imputabilitatem personalem vel individualem aut subjectivam cuiusque propriam, sed externam vel *societatem*; duntaxat seu relate ad societatem. Imputabilitas socialis in eo consistit, quod quicunque male agit, eo ipso fiat obnoxius pœnae a societate infligendæ; qui vero bene, jus habeat sperandi

*perit imputabilitas,*

(1) Vide apud Cenni, *Della libertà*, pag. 69.

(2) Qua de re legi potest cl. Rossignoli, *Il determinismo nella sociologia positiva*, pag. 13 seqq. Siena, 1895.

premium (1). Nam et ad mores ipsius operantis in posterum recte dirigendos et ad exemplum aliorum pertinet, ut societas præmia et ponas distribuat, immo et ut a noxiis civibus se defendat, quemadmodum solemus bellugas feroces interficere, ne noceant (2). Itaque imputare sibi aliquam actionem

(1) «Être responsable, inquit Stuart Mill apud Th. Deodouis (*La responsabilité morale*, 2.<sup>ème</sup> section, chap. 2, pag. 101) c'est uniquement se mettre sciemment dans le cas d'être puni.» Garofalo autem in sua *Criminología* definit imputabilitatem *l'impossibilité o la posibilidad de adattamento del delinquente alla vita sociale*. Apud cl. Rossignoli, op. cit. pag. 28.

«A la responsabilidad moral, que era en la antigua doctrina el fundamento del derecho penal, se ha sustituido la responsabilidad social. Según ésta, la sociedad, por un movimiento natural, que corresponde á la irritabilidad de los animales inferiores y á la acción refleja de los que tienen ya un sistema nervioso diferenciado, se defiende de aquel individuo que, consciente ó inconscientemente, ejecuta un acto que á la sociedad misma daña. Es, por tanto, la pena un movimiento social de reacción contra el delito.» Dorado Montero, *El positivismo en las ciencias jurídicas en Italia*, pag. 27, etc.

(2) Vide Stuart Mill, *Examen de la philos. de Hamilton*, pag. 558 seqq. et 564.

... Cosa nueva es el concepto fisiológico y mecánico de esta reacción y esta defensa; pues, por mucho que se haga para hallarlo en los escritores antiguos, y aunque se encuentre alguna genial intuición, como la de Platón, por ejemplo, el considerar á la sociedad como un propio y verdadero organismo, como un individuo fisiológico como un animal, en suma, es una concepción exclusiva de la Sociología moderna.—La función penal es, podemos decir, para ésta un momento del proceso psíquico y sensorial de la sociedad. Ocurre la excitación (delito); se difunde por todo el cuerpo social (escándalo y alarma), especialmente por las regiones del mismo, más cercanas al punto donde la lesión ha tenido lugar; se transmite al centro nervioso correspondiente (las varias clases de tribunales), ó llega hasta el sensorio común (Tribunal Supremo); la conciencia se hace cargo de la acción, porque el movimiento molecular nervioso se ha detenido tiempo suficiente para que la conciencia nazca (deliberación, juicio, controversia); hasta que, después de este momento de equilibrio, producido por la oposición de varias fuerzas, la más poderosa viene (resolución, sentencia), y el movimiento eferente ó de reacción se determina en la dirección en que aquella lo empuja, esto es, en la dirección en que se halla el elemento dañoso (el delincuente), que es al que se trata de herir (pena) ó por medio de su segregación absoluta de la sociedad (pena de muerte, reclusión perpetua, etc.), si no hay esperanza

perinde est, secundum hanc sententiam, ac ponere aliquod antecedens, cuius consequens solet esse præmium vel pena a societate proveniens (1). Quæ doctrina ceteroquin logicæ sequitur ex positivismo auctoris; qui enim nihil agnoscit in rerum natura nisi meram seriem phænomenorum antecedentium et consequentium sibi succendentium absque ullo interno nexus causalitatis virtutis, proum est, ut in actionibus, quæ imputari solent, non aliud consideret, nisi quid consequi ex parte societatis vel imperantium soleat, cum quedam actiones præcedunt in civibüs. Non alia est italicæ scholæ *criminalis* sententia, prout a Lombroso, Garafalo, Sighele alisque exponitur, secundum quagn imputabilitas fundatur in jure, quo societas gaudet se defendendi, undé ea tenus aliquis est subjectum imputabilitatis, quatenus est societati periculosus (2).

Jam vero absurdam esse nemo non videt hanc imputabilitatis notionem. 1.<sup>o</sup> quia repugnat communi hominum sensui, omnes quippe distinguunt internam imputabilitatem a sociali, omnes sibi imputant cum conscientiae remorsu, etiam quæ occultissime celantur, nec unquam puniuntur a societate. Respondet Stuart Mill, id ex associatione idealium provenire, ex eo neque quod cum actio haec sit ex earum genere, que puniri soleant, quamvis hic et nunc punienda non sit, idea tamen ejus cum idea punitionis conjungitur.

de que se corrija y el peligro es grande, ó por medio de la adaptación del elemento nocivo al ambiente social en que debe vivir (penas temporales, colonias penitenciarias, etc.). Es el mismo proceso que sigue la acción refleja y la acción consciente del hombre y de los animales para desembocar en todos los elementos que les dan, ó para corregirlos, sean internos ó externos, es decir, pertenezcan ó no al animal mismo.<sup>3</sup> Dorado Montero, *El positivismo en las ciencias jurídicas en Italia*, pags. 30 y 31.

(1) Vide cl. Th. Desdouits (*La responsabilité morale*, 1.<sup>re</sup> partie, chap. 2), G. Fonsegrive (*Essai sur la liberté*, 1.<sup>re</sup> partie, chap. 7, et pag. 256, 257).

(2) Vide cl. Th. Lombroso, *Applications de l'Anthropologie criminelle*, pag. 110. «La science sait, inquit Sighele, que l'organisme social... réagit contre celui qui attente à ses conditions de vie.—Subir cette réaction, c'est être responsable. Si donc la réaction est fatale et nécessaire, la responsabilité sera aussi fatale et nécessaire.» Sighele, *La foule criminelle*, pag. 27, apud Desdouits, op. cit. pag. 25.

Verum id frigidum est, tum quia puer antequam viderit, vel audierit vindictam quarumdam actionum, jam eas sibi imputat; tum quia associatio haec idealium toto cœlo distat ab imputabilitate, quandoquidem potest quis actionis cuiusvis ideam cum pena promerita associare, quin illam sibi imputet, et potest etiam sibi crimen imputare, quin cogitet de pena subeunda. 2.<sup>o</sup> Verum ut alia omittam, ex eo quoque capite absurdissima est ista doctrina de imputabilitate sociali, quod secundum illam nullum esset imputabile crimen independentia a civili lege ac punitione. Atqui innumere sunt actiones, quæ nulla lege civili vetantur, et quibus nulla infligitur punitio, quamvis gravissima sint peccata lege ipsa natura prohibita. Ergo licet illi patrare, quin ultatenus imputentur. Quin etiam illa ipsa crima, quæ lege civili prohibuntur, si occulta maneat, nec puniri possint, secundum hanc doctrinam excusarentur ab imputabilitate. 3.<sup>o</sup> Ubi nulla est libertas agendi, non potest justè infligi punitio, ideoque nec adest jus puniendi in societate. Ergo si vera est determinismi doctrina, nec aderit externa vel socialis imputabilitas. Hinc amentes, quippe qui libertate carent, non puniuntur, sed curantur, vel cōcercentur, ne noceant, quia expertes sunt imputabilitatis etiam civilis, prout a Stuart Mill et a italicæ schola declaratae. 4.<sup>o</sup> Quod si contendas amentes et libertate orbatos imputabilitatis esse participes, idem tibi fatendum erit de belluis, quæ noxiæ sint aut periculosæ, nam jus habet societas se ab illis defendendi non minus, quam ab hominibus sceleratis.

3) Alii sunt, qui etsi negent libertatem, admittant internam et subjectivam imputabilitatem sociali distinctam, ut Herbertus Spencer, Fouillée, Paulhan, Binet, etc. Spencer, cum quo fere quoad rem concordat Fouillée, supponit instinctum quendam communis boni vel utilitatis paulisper efformari et instar *potentie cuiusdam socialis* radicari in homine (1).

(1) «Le darwinisme explique par l'évolution et la sélection des espèces le caractère de nécessité attribué aux idées morales... Si l'instinct moral n'est au fond que l'instinct social, il doit lutter contre l'instinct égoïste. L'instinct moral est pour ainsi dire, la force collective emmagasinée dans l'individu. Quand donc nous voulons opposer la force de notre intérêt individuel à cette sorte de puissance

Conscientiae itaque vocem, sibi aliquid imputantis, aliud non esse, quam sensum violentiae, quem experimur cum commodum proprium opponere volumus isti sociali potentiae communis commodi, vel luctam instinctus *egoisticus* et *alteristicus*, ut nun loquuntur. Unde moralis perfectio hominis consistit in eo, quod appetitus hominis harmonice consentiant cum *fine sociali*, vel cum totali evolutione mundi, ut mavult Fouillée, secundum quem omnis actus est moralis, cum sit propter humanitatem et propter mundum (1). Cæterum vis imperativa, qua inest conscientiae voci, decernente Spencer cum Bain, procedit ex eo, quod nos ipsi nobis imperemus, quid sit faciendum (2); quia nimis mens ad exemplum externe auctoritatis ac civilium magistratum, quasi tribunal in conscientia erigit, ut damnet, vetetque, quæ societas punit, vel certe puniret, si posset cognoscere. Vel, ut explicat Fouillée, amor *Totius et conformitas voluntatis propriæ cum generali tendentia universalis evolutionis* est typus perfectionis moralis, qui conscientias nostras impressus constituitur in legem, quæ nos *judicat*, et punit per remorsum, cum ab ejusmodi tipo aberramus operantes (3). Atqui hac, ut omitam nunc abnormia vitia, quorum refutatio ad *moralement Philosopham sociale* qui réside en nous, nous éprouvons un sentiment de *contrainte*.» Fouillée, *Critique des systèmes de Morale contemporaine*, pag. 9, ubi Spencerianum systema exponitur.

(1) «Tout acte devient morale quand il est fait pour l'humanité et pour le monde» Fouillée, ibid. pag. 11.

(2) «On connaît la réponse de M. Bain, adoptée par M. Spencer. L'autorité imperative qui appartient à la conscience n'est pas seulement une crainte de l'*auctorité extérieure* (explication par trop grossière). C'est encore une *imitation* de cette autorité. Nous ne nous conformons pas seulement au milieu social; *nous le reproduisons en nous*. Nous ne nous contentons pas de répondre au commandement du dehors par une sorte d'*obéissance passive*; nous finissons par nous commander à nous même. L'individu est un petit état où se retrouvent le pouvoir législatif, le pouvoir exécutif, le pouvoir judiciaire. La nécessité extérieure et sociale prend ainsi la forme d'*obligation morale*, ou de *commandement intérieur*. Encore, selon M. Spencer comme selon M. Darwin, le caractère imperatif du devoir finira par disparaître, lorsque le penchant supérieur sera assez fort pour ne plus trouver de résistance dans les penchants intérieurs.» Fouillée, ibid. pag. 11.

(3) Vide Fouillée, ibid. pag. 33, 34.

pertinet, intolerabilem continent pruritum novas fingendi hypotheses pure gratuitas omnique destitutas fundamento. Deinde nullatenus explicant imputabilitatem. Si enim homo careat libertate, impossibile erit, ut aliter operetur, ac de facto operatur: impossibile erit, ut ab exemplari operationis in mente relucente aberret, vel si unquam aberrat, semper aberrabit, saltem nisi ex timore mali deterreatur, sicut deterrentur ipsa bruta; impossibile demum erit, ut experientur ullum conscientiae remorsum. Nam quando quis necessitate naturæ compulsus deficit, poterit quidem tristari, ut tristatur v. g. ægratus, cum nequit lectum relinquere, poterit etiam aliis melioribus invidere; non tamen poterit proprio remorsum experiri conscientiae, qui necessario supponit potestatem alteri operandi vel evadendi malum.

Paulhan simili modo moralitatem reponit in subjectione appetituum nostrorum *fini humanitatis*, obligationemque docet esse manifestationem *tendentiae organizatrixis spiritus nostri* (1), nempe tendentie, quæ inest menti, ut faciat actus suos conformari generalibus legibus mundi; remorsum vero situm esse in *reactione quadam ejusmodi* tendentiae organizatrixis adversus quilibet actum contrarium (2). Moralem denique imputabilitatem in eo consistere, quod quis constitutus sit in statu provocandi istiusmodi reactionem rationalis tendentiae (3). Jam libertas, inquit, non requiritur ad imputabilitatem; et si existeret, potius imminueret, quam constitueret imputabilitatem, quia malus actus, si liber sit, implicat statum *desorganizationis moralis* (nempe contrarium tendentiae organizatrixis) transeuntem duntaxat, actus vero malus, qui naturæ vel temperamenti necessarium impetum importat, procedit ex statu *desorganizationis moralis* permanentis. Atqui gradus imputabilitatis respondet gradui *desorganizationis moralis*. Ergo quo minus liber erit actus, eo imputabilior, et vicissim. Quare passiones et cætera, quæ hucusque putabantur imminuere imputabilitatem, quia libertatem immuniunt, ex nova istius viri doctrina, magis imputabiles redunt

(1) Paulhan, *Revue philosophique*, ann. 1886, pag. 483, 483, 496.

(2) Id. ibid. pag. 377.

(3) Id. ibid. pag. 387.

actions (1), et ipsi etiam amentes non carent imputabilitate (2). E converso meritum bona actionis eo minus est, quo magis contendere homo debuerit ad eam exercendam (3). Eamdem ferme conclusionem deduxit Binet (4). Quae non ideo retuli, ut confutem (quis enim confutanda assumat gratuitia deliria, tam turpiter reluctantia communis sensus?), sed ut pateat cunctis, quanam excentia aedificia moralis scientiae, qui fundamenta subraunt libertatis. Haec recentioris determinismi consecraria, quae fusi exposita reperies apud cl. Th. Desdouits (5), et quorum plena refutatio ad alium locum spectat, facto ipso ostendunt germanam imputabilitatis notionem stare non posse negata libertate.

perit ratio  
laudis ac vi-  
tuperii, meriti  
et demeriti  
præmii  
et poenarum.

C) *Tertio perit omnis vera ratio laudis ac vituperii, meriti ac demeriti, præmit et penit.* Et ratio est evidens, qui haec omnia omnino sequuntur imputabilitatem. Ergo hac delecta, illa quoque corruant, necesse est. Sane qui libertate caret, laudari quidem poterit de physica perfectione, sicut qui laudatur de pulchritudine, ingenio, vi corporea, etc.; at quomodo laudem moralem virtutis obtinebit, si non est vere dominus actuus? (6). Nec magis dici potest mereri homo in

(1) Id. ibid. pag. 388 et pag. 412.

(2) Ibid. pag. 442.

(3) Id. ibid. pag. 77, 78 seqq.

(4) «Un homme qui serait libre, dit-il, cesserait presque d'être responsable; car son acte, par hypothèse, serait indépendant de ses actes passés, et par conséquent indépendant de sa personne.» Binet, *Revue Philos.* ann. 1888, pag. 218 seqq.

(5) *La responsabilité morale*, 1<sup>re</sup> partie.

(6) *Actus bonus vel matus habet rationem laudabilis vel culpabilis, secundum quod est in postestate voluntatis.* S. Thom. 1. 2. quest. 21, art. 3, fin. corp.

Audiatur S. Augustinus: *Etiame hi libri obscuri mihi scrutandi erant, unde discerem, neminem vituperatione sufficiere dignum, qui aut id vellet, quod justitia velle non prohibet, aut id non faciat, quod facere non potest! Nonne ista contant et in monibus pastores et in theatris poetæ, et indocti in circulis, et docti in bibliothecis, et magistri in scholis, et antistites in sacratis locis, et in orbe terrarum genus humanum? Quod si nemo vituperatione vel damnatione dignus est, aut non contra vitium justitiae faciens, aut quod non potest non faciens, omne autem peccatum vel vituperandum est, vel dammandum; quis dubitet tunc esse peccatum, cum et velle iustum est, et liberum*

eo, quod necessario efficit, quam equus v. g. qui in certamine metam primus attigit; ac proinde poterit quidem melius ali, vel tractari, quia utilissimus est, non autem præmio affici. Et simil modo nec demeriti poterit, nec pena multari. Quare nihil mirum, si deterministe non possint logicè agnoscere primarium illum penale finem, qui in redintegrando ordine violato situs est (1). Cum enim nullum ordinem moralem a physico distinctum noverint, nullam quoque in culpa vident ordinis a physico distincti violationem nec culpe reatum. Hinc etiam factum est, ut schola italica *criminalis* emendandum ac mutandum prorsus esse contendat *Ius penale*, ita ut loco personalis imputabilitatis et mensure culpe, cui hactenus respondebat potissimum gradus pena imponenda reo, substitutur principium socialis defensionis et majoris minoris timoris, quem in iuncta illi societati ob suam personalem conditionem (2): quare puniendi sunt sonates instar molecularium noxiarum, quas socialis organismus nequit retinere absque proprio damno. Unde facile quivis perspiciet, quot perturbationes, quot incommoda et absurdia

nolle?» S. Augustinus, *De duabus animabus contra Manichæos*, cap. 11, num. 15.

(1) Vide S. Thom. 1. 2. quest. 87, art. 1 et 6; 3 p. quest. 86, art. 4; 2<sup>o</sup> dist. 42, quest. 1, art. 2.

(2) «Partant de ce même principe, inquit cl. Desdouits (op. cit. pag. 25), un célèbre criminologue, M. Garofalo, en réclame l'application dans le droit pénal. Le Code pénal, dit-il, a été fondé sur la fausse idée du libre arbitre et de la responsabilité morale. Les peines ont été graduées d'après cette idée fausse. Il faut donc changer les lois, graduer les peines d'après une autre échelle, et les adapter uniquement au but que la loi poursuit; et ce but n'est que la défense sociale. Ainsi on ne doit plus punir en proportion du degré de liberté avec laquelle le coupable a commis l'acte (*car ce degré est toujours nul*), mais d'après l'intérêt de la société (Garofalo, *Criminologie*, 1885). — Cité par Lombroso, *Ibid.* p. 63 et 64. Il y a, sans doute, un mérite et un démerite pour l'individu; mais il ne faut pas entendre par là autre chose que la bonté naturelle ou la perversité naturelle du tempérament. La punition doit donc être en proportion de la redoutabilité (*temébilité*) du coupable, et non en raison de l'intention (*Ibid.* — Cité par Lombroso, — *Ibid.*, p. 63). Ce sera une grave révolution à faire dans nos codes; en attendant, il faut tenir uniquement compte du danger que le coupable fait courir à la société, pour appliquer ou non le *maximum* de la peine (*Ibid.*)

consequantur, quæ utpote aliena a nostro instituto, legis peritis persequenda relinquimus. Nec vero illud tacendum est, quod quidam ex novis istis doctoribus *Juris penalis*, eo statuto criterio, nec amentibus ipsis parcant, sed æque mortem inferri velint, ac sanis, si deliquerint (1), nec verentur cæteris penas præferre mortem omnium quoruncumque solum ubi nulla est spes emendationis (2), aliaque consuleru spūcilia, quæ ferocem brutalemque sapienti crudelitatem (3).

Que cum ita sint, verissime S. Thomas scripsit illam sententiam, que omnia hactenus dicta compendio exhibit: *Quidam posuerunt, quod voluntas hominis ex necessitate mouetur ad aliquid eligendum.... Hoc autem opinio est heretica: tollit enim rationem meriti et demeriti in humanis actibus. Non enim videtur esse meritorium vel demeritorium, quod aliquis sic ex necessitate agit, quod vitare non possit. Est etiam annumeranda inter extraneas philosophiaæ opiniones; quia non solum contrariatur fidei, sed subvertit omnia principia Philosophiaæ*

(1) «Trovo cicerente, inquit cl. Rossignoli, ai suoi principii il Garofalo, quando propone che tanto si punica l' omicida pazzo quanto l' omicida criminale. Se il folle omicida, egli dice, è così dannoso alla società come un delinquente incurabile, perché distinguere l' uno dall' altro davanti alla ghigliottina? E' il diritto penale dei lupi.» Op. cit. pag. 32 in nota.

(2) «Il faut éliminer de l' organisme, inquit Desdouits (op. cit. pag. 122, 123), referens italorum quorundam doctrinam, ce qui le trouble: l' incarcération pérennelle, la déportation sont difficiles à organiser: l' exil ne peut plus être pratique à notre époque, au moins pour les criminels; car les étrangers ne voudraient pas les recevoir. Le seul mode pratique d' élimination est donc la peine de mort. C' est, suivant M. Garofalo, *le seul moyen absolu d' élimination et de sélection*, et il devra s' appliquer sans pitié à tous les délinquants incorrigibles.» Apud Vidal, *Principes fondamentaux de la pénalité dans les systèmes les plus modernes*, pag. 245.

(3) «I delinquenti incurabili, dice il Farri, bisogna sempre eliminari. Come eliminarli? Il Barone Garofalo propone di sbucarli in un'isola di cannibali, affinchè diventino a loro schiavi o loro cibo. E perchè l'eliminazione sia ancora più vantaggiosa alla razza umana, il Garofalo vorrebbe che ai delinquenti si imponesse la sterilità mediante un'operazione chirurgica assai nota nell' Impero Ottomano (*Criminologia*, p. 26). Come sono gentili nel loro sistema punitivo questi penalisti della scuola italiana! Rossignoli, op. cit. pag. 28, in nota.

*moralis. Si enim non sit liberum aliquid in nobis, sed ex necessitate mouemur ad volendum, tollitur deliberatio, exhortatio, præceptum et punitio, et laus et vilupsum, circa quæ moralis Philosophia consistit. Hujusmodi autem opiniones, quæ destruant principia alicujus partis Philosophiaæ dicuntur positiones extraneæ, sicut nibil moveri, quod destruit principia scientia naturalis. Ad hujusmodi autem positiones ponendas inducit sunt aliqui homines partim quidem propter proterviam, partim propter alias rationes sophisticae, quas solvere non potuerunt, ut dicitur in IV Metaph. (1).*

Prob. 3.<sup>o</sup> Hinc vero sequitur, determinismum esse determinismus per se fontem omnium vitiorum atque interitum omnis præstantioris actus virtutis. 2) Id tacite fatentur etiam non-nulli adversarii, cum docent opinionem libertatis animo insidentem (etiamsi falsam esse contendant) valere tamen multum ad conandum, et fortiter agendum, ac resistendum contrariis. Ex quo sequitur e converso, opinionem necessitatis seu impotentie alteri operandi solam sufficere, ut quis depondeat animum, nec velit quidquam audere. 3) Verum ut rem clarius perspicias, constitue hominem in æstu passionum et in cuiusvis adversitatibus vel tentationis oppugnatione hoc deterministarum principio imbutum, nos naturali propensione temperamenti, passionum, habitudinum, educationis, etc., invincibili vi ad operandum pertrahi. Putasme ejusmodi hominem quidquam facturum esse ad compescendos animi fluctus, saltem quamdiu non immineat instans aliquod, idque gravissimum, malum? Si sepiissime homines, Fide ipsa divina certiores facti suæ libertatis ac coelestis auxili, adhuc in hujusmodi angustiis, *nonunt* ut viribus, quas profecto habent, ad fortiter pugnandum, quid, queso, necesse est, ut accidat hominibus, in sue absolute impotentie persuasione obfirmatis? 4) Accedit, quod, docente ipsa ratione naturali, nemo peccat in eo, quod vitare non potest. Atqui si cunctæ actiones sunt necessarie hic et nunc, nullam homo vitare potest. Ergo in nulla etiam peccare aut male agere valeat: quo jacto principio, nemo jam deterrebit timore aut dedecore criminis ullius, ut non quidquid lubet, vel naturam

*est fons omnium  
vitiorum  
et interitus  
omnis præstan-  
tioris actus  
virtutis.*

(1) S. Thom., *de malo*, quest. 6, art. unic.

voluptate allicit, id illico licere sibi arbitretur. Quare multi; ut alias innuimus (1), potissimum de genere pantheistarum et liberorum muratorum moralisque universalis sectatorum, motus concupiscentiae dictant esse voces naturae, nos ad operandum hortantes, quibus sancte obeditur, et obsecundatur. 8) Idque confirmatur ex eo, quod ex determinismo logicè sequitur, nullam esse in homine legem naturalen distinctam ab ipsa physica potentia quedam necessario agendi, et physica impotentia aliter operandi: unde neganda erit, vel certe non necessaria reputanda, existentia cuiusvis legislatoris altioris homine, et neganda pariter erit sanctio alia praeter sanctionem humanis legibus constitutum. Hinc vero omne principium officiorum et ordinis moralis omnisque imputabilitatis repetenda erit vel ex humanis legibus, vel ex conscientiae voce, non altioris auctoritatis imperium denuntiantis, sed sibi ipsi imperantibus, sua solius auctoritate vel ex sympathia erga alios homines et experientia et observatione actionum quarundam ad commune societatis bonum necessiarum et aliarum eidem bono contrariarum, vel ex superiori tendentia rationis ad conformandum se legibus mundi: quæ sunt præcipua systemata a deterministis excogitata ad promovendum moralem ordinem, et sic corrigendum egoismum, eumque convertendum in alterismum. Atqui haec, ut alia virtutia omitant, ineptissima sunt ad continentum hominem in officio. Nam in primis, si nulla est lex naturalis, licebit laxas permittere habens intellectui et voluntati, ut quidquid lubeat, liceat quoque cogitare, ac desiderare, quia de his nihil præcipit lex civilis. Quicumque vero perspectum habet cor humanum, facile persuadetur, quamdiu creditur adesse copia quidlibet cogitandi et desiderandi, nullam vim inesse legibus civilibus, nullam humanis omnibus presidis, rationibus cautionibusque ad impedienda innumera peccata operis sive injustitiae, sive impudicitiae, sive aliorum generum. Deinde multa sunt facta, ut blasphemiae, etc., quæ multis certe in locis non puniuntur lege civili. Ergo imputabilia non erunt. Præterea recentiores theoræ fere non meninerunt nisi officiorum hominis erga societatem et imputabilitatis

(1) Cosmolog. num. 43, pag. 130, 131.

ejusmodi actionum. Atqui sunt etiam hominis officia erga alios privatos homines, et erga seipsum et potissimum erga Deum, quæ certissime demonstrat ratio, et fusius enucleare ad moralem Philosophiam spectat. Denique statuere, quod ratio humana, sive per imperium sibi ipsi injunctum, sive per tendentiam se conformandi legibus universi mundi (et quemnam sunt istæ leges, quibus homo se debet conformare?), sive per sympathiam erga alios homines sive per quæcumque alia id generis commenta, valeat quidpiam ad mores corrigitendos et egoismum in alterismum convertendum, est prorsus ignorare ratus rationis, et seipsum et alios velle turpiter decipere. Multo vero absurdius ac vere stolidum est sperare fore, ut ejusmodi pharmacis et malagmati, forte amarissimo sarcasmo propinatis, curetur humanus egoismus in nostra potissimum miserrima ætate, cum insatiables ubique divitiarum, commodorum deliciarumque cupiditas occupat animos; cum pauperes despiciuntur, ac tamquam sordes societatis procul abiguntur; cum opificum, quasi servorum pecudumve sudor et sanguis inhumane emungitur a plurimis vilissima mercede; cum ipse leges interdum non in publicam, sed in privatam paucorum utilitatem feruntur; cum non raro egeni squalore et inedia intereunt; cum vel ipsis calamitatibus publicis non alii melior subveniendi ratio noscitur, quam theatrorum et spectaculorum, quo plerumque voluptatum amor, atque adeo purissimus egoismus, vocat; cum demum tot homines egestate puellarum virorumque ad depravatos fines assequendos abutuntur. En quantum sentinam vitiorum universum genus humanum certissime invaderet, si deterministi doctrina prevaleret; en quam porcinam, seu potius lupinam, moralitatem parant futuri generationibus isti novi doctores, nullis, ut vidimus nix rationibus, quæ vel minimum habeant pondus probabilitatis.

95. SCHOLIUM. Dixerit forte quispiam, omnibus hisce malis remedium adhiberi posse; si cum A. Fouillée medium quamdam tenere velimus viam inter determinismum et liberum arbitrium. Sane nullis, inquit, idoneis probatur argumentis humana libertas, quamvis nec determinismus ipse satis probetur; nihilominus hic cum idea (videlicet persuasione) libertatis, desiderio et amore conjunctus sufficit ad

Determinismus  
a Fouillée  
nova forma  
propositus

assequendum modum agendi liberum. Ergo determinismus, saltem hoc pacte temperatus, admitti potest, ac sufficit ad reddendam rationem eorum omnium, propter quae vulgo libertas asseritur. Prob. antec. 2) Neminem latet efficacitas idearum ad imperandas actiones modumque actionum similem illis, que in idea reluent (1); quare ideae vere dicenda sunt vires (*idées-forces*). Atqui adest in mente nostra idea libertatis. Ergo hæc non potest non potentissime influere, ut homo quasi libere operetur, cum ea nimurum independētia et dominio, quod idea libertatis importat (2). 3) Idea

(1) «Les plus récentes observations de l'école empirique et naturaliste s'accordent avec les spéculations des idéalistes sur l'identité fondamentale de la pensée et de l'action. Selon MM. Bain et Spencer, et aussi selon Müller, l'idée d'un objet absent et la perception d'un objet présent sont des actes qui ne diffèrent pas en nature, mais seulement en degré; l'idée, en général est le commencement d'une action».... «La tendance qu'à l'idée d'une action à la produire montre que l'idée est déjà l'action elle-même sous une forme plus faible. Au souvenir de quelque action énergique, par exemple d'un combat, il nous est très difficile de nous empêcher de répéter partiellement cette action. Une sorte de courant causé par l'émotion se précipite dans les mêmes voies et s'empare des mêmes muscles, au point de leur imposer une répétition réelle. Un enfant ne peut rendre compte d'une scène à laquelle il a pris part qu'en la reproduisant avec tous les détails» A. Fouillée, *La Liberté et Le déterminisme*, liv. 2.<sup>me</sup> chap. 1, pag. 233, 234. Paris: 1890.

(2) «Malgré la prison qui m'écrase, je trouve une force de résistance dans l'idée même de liberté. Quand j'agis sous cette idée, avec la persuasion que les murs de ma prison peuvent reculer et me permettre un mouvement, ils reculent en effet. Il est vrai que je les retrouve plus loin, mais, là encore, ils semblent de nouveau être mobiles et céder à la force de l'idée. Cette idée de liberté fait donc reculer devant elle les obstacles, et on ne saurait d'avance indiquer, dans l'expérience, une limite intérieure que je ne puisse franchir par la réaction de l'idée sur cette limite même. Bien plus, quand j'accomplis certains actes, je me figure que les murs de la prison intérieure tombent et que l'espace s'ouvre devant moi.—Illusion, diront les déterministes; les murs existent encore.—Peut-être, mais il en est de cette question comme du problème relatif à l'infini du monde. Quelqu'un pourrait soutenir que, si j'allais assez loin, je rencontrerais les amurailles du monde; mais si, en fait, je ne les rencontre jamais, les choses se passent pratiquement comme si ces bornes n'existaient pas.—Par là nous obtenons une liberté relative qui peut se concilier avec le déterminisme relatif. N'est-ce encore simplement

libertatis gignit etiam ejus desiderium in nobis, nam apprehenditur instar præclarí cujusdam boni. Atqui tanta est desiderii efficacitas ad assequendum id, quod est in votis, ut, quemadmodum docet Lamarck, vel organum ipsum functionum aut operationum producere possit. Ergo desiderium etiam libertatis modum agendi liberum et independentem obtineat, necesse est (1). Qui si non obtineatur perfecte ab

qu'une nécessité prennant la forme de la liberté, ou est-ce la liberté prennant la forme de la nécessité?—Question qui concerne l'absolu des choses, et qui doit être réservée jusqu'au moment des spéulations métaphysiques. Tant que, dans l'ordre même de la pratique, il ne deviendra pas nécessaire de prendre un parti sur la nature absolue des objets, nous pourrons admettre d'un commun accord une certaine liberté de fait due à l'idée même de la liberté. En d'autres termes, le déterminisme intellectuel se change inévitablement en une sorte de liberté intellectuelle sous l'idée directrice de liberté.» Fouillée, ibid. liv. 2.<sup>me</sup> Conclusion, pag. 245, 247. Cfr. ib. chap. 1.<sup>er</sup> pagina 233 seqq.

(1) «Les mêmes lois (nempe lamarcianæ transformationis) se trouvent dans la vie intérieure. Si notre désir dominant est celui de la liberté, c'est que déjà peut-être nous portons en nous un moyen quelconque de délibération progressive. Ce moyen, cet organe est l'intelligence même, c'âme de la liberté, «et la tendance à la fonction suffit pour le produire au jour. Ici en effet la tendance agit dans un milieu plus voisin d'elle-même. Entre le désir de voler et les ailes, quelle distance et que de moyens termes à franchir! Cependant ils ont été franchis. Mais les organes de la volonté tendant à la liberté sont ce qu'il y a de plus voisin d'elle: la pensée, le sentiment, l'action; bien plus, la liberté complète et idéale serait à elle-même son organe, elle serait la fonction exercée sans intermédiaire, l'action qui pour se poser n'aurait besoin que de soi, la puissance qui se rendrait actuelle elle-même: ce serait l'aile to-jours déployée qui plane au-dessus de toutes choses.»—Les lois physiologiques et psychologiques aboutissent donc à une même induction; l'idée de la liberté, qui en est aussi le désir, doit peu à peu s'approprier et s'adapter tous les penchante de l'être sensible et raisonnable. S'il est une tendance qui ait existé toujours dans l'humanité, c'est la tendance à accomplir cette suprême fonction de la vie psychique: croire qu'elle ne peut se satisfaire en aucune façon se serait croire que l'humanité, ou la pensée consciente, a travaillé en vain, quand la nature même, ou la pensée obscure, est plus ou moins parvenue à produire ce que cherchait son instinct à la fois aveugle et infaillible. —Ici intervient le maître des maîtres, le temps, qui agit en accumulant, en théâtralissant, sous la forme de l'hérédité et de la sélection naturelle. L'être qui, grâce à quelque circonstance

uno homine, perfici poterit per successivam seriem generationum ope hereditatis et selectionis naturalis, sicut docent generatim transformistæ transmitti filiis a parentibus acquisitas proprietates, quæ a posteris novis accessionibus magis compleantur, donec certum gradum attingant (1).  $\gamma$ ) Demique libertatis idea exhibet illam dignam morali amore. At qui moralis amor dari nequit, nisi quatenus sit liber. Nam moralis amor est amor universalis omnium hominum, *egoismi* prospersus expers, qui eos propter solam ipsorum bonitatem diligat. In hujusmodi autem amore independenti ab omni propria utilitatis affectione consistit libertas (2). Et sic etiam stare poterit ipse ordo moralis; nam bonum, quod alteri fit absque intuitu proprii emolumenti et cum persuasione libertatis, est bonum morale; sicut e converso malum morale est illud, quod alteri cum opinione libertatis infertur (3).

heureuse, se trouve avoir un avantage matériel ou intellectuel sur les autres, tend à transmettre sa supériorité de génération en génération; or, l'idée de liberté est une supériorité intellectuelle et morale » etc. Fouillée, loc. cit. chap. 2, pag. 253, 254. Cfr. Conclusion, pag. 347.

(1) Vide *Psycholog.* vol. 1.<sup>um</sup>, num. 79, pag. 354.

(2) «En troisième lieu, liberté nous a paru un objet d'*amour moral*. Ici, le sujet et l'objet ne semblent plus séparés par une aussi grande distance qu'aux autres moments de l'évolution intérieure. L'idée abstraite de liberté semble trop cloignée d'une liberté réelle; le désir actif de la liberté, quoique plus voisin, semble encore loin de son objet; dans l'amour de la liberté, le sujet et l'objet tendent à se confondre. En étudiant la notion morale de l'amour désintéressé et universel, nous avons trouvé que l'amour d'autrui ne serait réel qu'autant qu'il serait libre. Maintenant, l'amour vrai, le vrai désintéressement est-il réel en nous? On ne peut le démontrer. Mais à coup sûr, si le déterminisme subsiste encore dans notre amour du bien universel, du moins y a-t-il pris tellement la forme de la liberté que nous pouvons à peine distinguer cette forme du fond même.» Fouillée, loc. cit. Conclusion, pag. 348. Cfr. chap. 5, pag. 281 seqq.

(3) «Les naturalistes seront donc forcés de reconnaître que l'idée de liberté, en s'ajoutant à un motif, n'en doit pas modifier simplement l'intensité quantitative, mais encore la qualité spécifique et surtout la qualité «moralement». Si, par exemple, je conçois un tort fait à autrui comme pouvant être libre, ce n'est pas seulement un tort plus grand que je conçois, mais un mal d'un nouveau genre et pour ainsi dire d'une tout autre couleur, l'injustice volontaire. De même,

Respondeo, neg, assertum cum sua probatione. 1.<sup>o</sup> Et primo quidem ex hac doctrina evidens desumitur confirmatio argumenti a nobis contra determinismum facti. Si enim ordo moralis, bonum et malum morale, consistere nequit sine persuasione libertatis; ergo in primis pro eo qui negat libertatem, nullus esse poterit, secundum A. Fouillée, ordo moralis. Deinde pro eo qui libertatis opinionem habeat, erit vel non erit ordo moralis, prout vera vel falsa fuerit illa opinio. Nam si vera est: ergo dabitur ordo moralis et etiam libertas, et sic non solum determinismus, sed ipsum quoque systema Alfredi Fouillée ruet. Si autem falsa sit opinio libertatis, non erit possibilis ordo moralis. Qui demum scire nequeat, num vera an falsa sit persuasio libertatis, quandiu remaneat dubium, profecto non multum curabit moralitatem. Vide ergo, quam praelata remedia propinet saucio ac penitus conclamatio systemati novus iste medicus. 2.<sup>o</sup> Quando Fouillée de bono maloque morali loquitur, non meminit, quantum ego recorder, nisi boni vel mali, quod alii fiat. An putat nobilis scriptor ordinem moralem sic absvoli officiis erga alios, ut nulla sint homini officia erga Deum et erga seipsum? 3.<sup>o</sup> Intentum Alfredi Fouillée, volentis assignare medium aliquid, in quo convenienter determinismus et doctrina vera libertatis (1), et temperamentum quoddam priori systemati apponere, vanum prospers est et absurdum. Determinismus et doctrina libertatis e diametro opponuntur, sicut affirmatio et negatio unius ejusdemque rei. Ergo cum adversarius noster vult determinismum corrigerre, addita idea, desiderio et amore libertatis, vel agnoscit reapse dari in homine, saltem in

le bonheur d'autrui produit par le sacrifice de mon intérêt devient, en se combinant avec l'idée de liberté, cette merveille idéale qui ne ressemble à aucun autre objet: la libre bonté. Le bien conçu sous l'idée de liberté cesse donc d'être neutre et impersonnel pour apparaître comme bien (moral), en même temps que le mal apparaît comme mal moral. On plût, auparavant, nous ne concevions que le plaisir ou la douleur; le bien comme tel, ou la moralité, n'a pu être conçu que grâce à l'idée, vraie ou fausse, de liberté.» etc. Fouillée, loc. cit. chap. 2, pag. 238.

(1) Vide Fouillée, loc. cit. chap. 2, pag. 240; chap. 3, pag. 260, 261.

quibusdam actionibus, libertatem, vel non agnoscit. Si agnoscit, non temperat, sed destruit penitus determinismum. Si non agnoscit, re vera in castis deterministarum militat; novam quidem adornat formam determinismi, quasi novum tabernaculum fuco et versicoloribus pigmentis inter adversas pugnantium acies erectum, sed causam veritatis eo periculosus impedit, quo facilius incautoe decipere potest.

4.º Quod efficacitatem ideæ libertatis attinet, primum dico, ambigue passim loqui Fouillée, quamvis aliquando moneat, quid hoc nomine intelligat. Res tamen tanti est momenti, ut exquisitam requiratur verborum perspicuitatem et proprietatem. Sermo itaque est non de idea simpliciter vel notione libertatis, sed de opinione vel persuasione, quam homines habent firmissimam propriæ libertatis. De qua persuasione, dico secundo, eam, vel solam, validissimam esse probationem existentiam libertatis, ut suo loco demonstrandum erit; tum quia talis persuasio inest apud omnes gentes, ac proinde supeditat argumentum communis sensus; tum quia eadem sat manifeste probat libertatem cuique innotescere ex ipso conscientie testimonio. Quidquid enim si de ea questione, utrum notio vel idea libertatis possit absolute ratiocinio comparari independenter ab experientia, persuasio de ejus existentia tam facilis et spontanea, tam firma tamque communiter pervagata, non videtur aliam potuisse habere originem. Iam tertio, quod jactatam efficacitatem ideæ vel persuasionis attinet, si libertas reapse non existit, impossibile est, ut per prædictam ideam aut persuasionem gignatur. Nam libertas non est habitus aliquis, quem volendo et conando comparare valeamus, sed proprietas et potentia naturalis, ut mox probabitur. Atqui idea impar est comparanda ulli potentiae naturali. Quarto persuasio ista libertatis vel est vera vel falsa. Si vera, falsa est doctrina deterministarum, etiam prout a domino Fouillée adornata. Si vero falsa, quomodo existimari potest, sicut existimat adversarius noster, illam esse utilem ac salutarem, immo et necessariam generi humano tamquam fundamentum moralitatis? Nonne hoc constitueret hominem vera monstruosum ens, utpote quod ad assequendam suam perfectionem nobilissimam, nempe moralem, indigeat persuasionibus falsis? Præterea si

persuasio libertatis est humano generi necessaria, ut morali modo operetur, qui persuasionem istam falsam et contradictriam probare totis viribus contendit, Alfredus Fouillée, nonne opus indignum aggreditur? nonne moralitatis eversor jure nerito dicendum erit?

5.º Atque idem fere dici potest de desiderio libertatis; nam nullæ sunt desiderii vires, ut novam gignant in natura proprietatem. Mirum autem sane est, quod vir ingeniosus credat insana deliramenta Lamarcki, Darwiniisque de novis organis et potentiis, quæ desiderio explendi necessitatem aliquam comparantur (1): mirum et incredibile, quod serio arbitretur alias volucribus desiderando, ut ipse ait, enatas esse.

6.º Denique non magis rem evincunt, qua addit de amore libertatis. Quamvis enim moralis amor nequeat haberis absque libertate; at falsum est, quod solus amor universalis, egoismi et proprii commodi expers, sit moralis: certum enim ast amorem, quem vocant concupiscentia, posse esse moralem et bonum, dummodo non sit deordinatus; et certissimum præterea est, moralem et liberum, eundemque perfectissimum, esse illum amorem universalem hominum, qui non ob solam ipsum bonitatem, sed propter divinam bonitatem illos diligit: certissimum demum est actus etiam alios bene multus præter amorem istum hominum esse posse morales ac liberos. Unde falsum est, nec unquam probabitur ab adversario nostro, quod libertas consistat in amore generis humani puro et egoismi vacuo. Quod si libertas in ejusmodi amore, a rationalistis et naturalistis contra christianam charitatem excogitato, consistaret, vel per illius exercitationem assequendus esset, clamanda foret omnino humana libertas. Quicunque enim cor hominis et historiam humani generis mediocriter novit, quicunque perspecta habet præstantissima facinora, nomine libertatis et *fraternitatis* (quam simul cum amore puro et universalis humanitatis propter solam ipsius bonitatem prædicat Fouillée), recentioribus temporibus patrata, scit profecto, quid sentiendum sit de naturali ista *philanthropia*, eam nempe vel vanum et mendax

(1) Vide *Psycholog.*, vol. 1.<sup>um</sup>, num. 114, pag. 570 seqq.